

Teti in proprium tradidimus cum omnibus suis appendiciis, hoc est utriusque sexus mancipiis, areis, aedificiis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, molis, molendinis, piscationibus, silvis, venationibus, exitibus et redditibus, viis 5 et inviis, quaesitis et inquirendis, cum omni utilitate, quae ullo modo ad usum fratrum inde poterit provenire, hac videlicet ratione, ut praepositus et caeteri praefate sedis canonici ita libere praedicta teneant bona, ne episcopus ullam potestatem habeat aliquid 10 ad suum usum aut seruitium tollendi vel usurpandi, aut ulli hominum in beneficium dandi vel praesentandi, sed tantum modo ad usum et utilitatem fratrum potestatem habeat, prout melius potuerit disponendi vel ordinandi. Et ut haec nostra regia auctoritas 15 stabilis et inconuulsa per succedentium momenta temporum maneat, hanc paginam inde conscriptam, manu propria ut infra poterit videri, corroborantes, sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum domini Heinrici tercii regis invictissimi. 20
(Sigillum.)

Theodericus cancellarius vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Data vi. non. julii. anno dominicae incarnationis MXLVI., iudictione XIV., anno autem domini Henrici tertii, 25 ordinationis ejus XVIII., regni vero VIII. Actum Misena in dei nomine feliciter, amen.

(Nach dem beschädigten originale auf pergament im Meissner stiftsarchive mit einem halbzerbrochenen siegel.)

IX.

30

König Heinrich III. schenkt der Meissner kirche das castellum Zawiza mit seinen zubehörungen in pago Dalmantia. D. Meissen, 2. juli (VI. Non. jul.) 1046.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis, Hein- 35 ricus diuina fauente clementia rex. Nos qui antiquorum insignia regum domino iubente gerimus, egregia eorum

2*